

V S V S.

1. Ex his omnibus apparet DEUM velle omnes homines salvos,

1. Tim: 2

2. Consolatio ex his verbis sumenda: *Parata sunt omnia*. Item: Refutatio, Papicolarum.

3. Officium fideiū Ministrorum Ecclēsiæ in eo consistit, ut dicant: *Venite, parata sunt omnia*. Auditorum vero, ut veniant & obtemperent.

DE II. LOCO.

Hospites invitati sunt ingrati, recūsant venire ad cœnam: Alij prætendunt villas, alij juga boum, alij conjugium. Hoc est, aliqui negligunt verbum DEI, & prætendunt sua opificia, vel rusticationem: aliqui officia politica: aliqui oeconomica: aliqui sunt Epicuri manifesti.

V S V S.

Causa non potest Deo imputari, quod tam multi damnantur, sed hominibus nolentibus audire verbum. Mundus enim semper solet aliquid excogitare, sub cuius specie & prætextu negligat auditum verbi.

V S V S.

Vitæ genera divinitus instituta non damnantur; sed illorum abusus.

N 2 DE